

DISCEPTATIONVM FORENSIVM

Iudiciorum.

STEPHANI GRATIANI
ROMANI V. L. D.

Tomus Primus.

IN QUIBUS QVÆ IN CONTROVERSIAM

*quotidie veniunt secundum Doctorem receptas sententias,
& veram praxim præcipue Sacra Rota
Romana definiuntur.*

*Omnia nuper edita, cum duplici Index tam Argumentorum, quam rerum,
quæ in Disceptationibus continentur.*



Apud Petrum & Iacobum Chouët.

M. DC. XXX.



HORATIO LANCELLOTTO

SACRÆ ROTÆ AUDITORI INTEGERRIMO

Stephanus Gratianus felicitatem.



VIBVS nominibus debeam tibi, Præsul Amplissime, labores, & operam meam nemini dubium esse potest, qui merita Illustrissimi patrui tui Cardinalis Viri optimi, & omni sapientiæ laude cumulatissimi erga me, meosque, tuamque præcipuè benevolentiam eximiam non ignorat. Ego verò, ut hoc publicè profiteri mihi perhonorificum duco, Ita me omnium ingratissimum crederem, si ingentis debiti rationes maximas tanto munusculo, vel expungi posse arbitrarer, vel imminui cuperem vlla ex parte. Non sunt tanti lucubrationes exiles meæ, ut adæquent beneficia vestra, Et mihi in noui promeriti loco est accipi benignè quale quale est, quod offertur. Id porro me consecutum faciliè spero ab eo, qui Sacræ Rotæ Auditor integerrimus, atque omnium calculis, & plausu dignissimus non eo solum loco, sed etiam multo maiore, libros ad Iurisprudentiam pertinentes assiduè volutat, & acutissimè explorat, quique modestia, & patientia singulari paruitatem alienam fouere didicit, ne dum tolerare. Nam de cæterorum, qui hæc visuri sunt, vel approbatione, vel indulgentia, ut sperem, facit auctoritas patrociniij tui, quæ vel vna mihi gratiam, fauoremque tam citra periculum, quam vltra merita conciliatura est; ut dum ego te pro officio colere, & quoad licet, ornare velle videor ad honoris, & dignitatis fontes, vnde tu diues es, re vera ipse ornandus, & cohonestandus accefferim. Veniet nimirum in hominum manus hic liber meus, & aditum fortasse non modo facilem, sed etiam honorificum impetrabit non sui commendatione, sed præsidio tuo; qui mihi solida laudis cumulus futurus est; alioqui satis ornamenti habituro, si eum istis oculis vnus ipse digneris: Quamquam si ambitioni locus est, ideo velim, sicut ille aiebat, ire per ora virum, ut intelligant vniuersi, me in tuis, tuorumque nominibus, & fuisse semper, & libentissimè futurum.

Vale Romæ Kalend. Iulij

M. DC. IX.



PRÆFATIO.



ILLUD res humanæ naturaliter euenire solet, ut sit necessaria dispositio, & acceptatio fori, & cum illæ indigeant interpretatione non qualicumque tamen, aut quorundamque, aut vbiusque prodita sed ea, quæ est de iure examinata in Auditorio Principum, aut Magistratum, & communè quædam prudentiam longo tempore, & multis, magnisque mentis quæsitæ, l. 1. §. *hæ legibus*, ff. *de orig. iur.* *Laure Imperator*, 7. *de legib.* Huiusmodi & sancte plures collectæ sunt ab Ulpiano, Venuleio, & Triphonio in his libris, quos Disputationum, seu Questionum sunt interpretati, in quibus plenius in iudiciis reddita responsa continentur, quæ auctoritates Prædientium dicuntur. *Lin tabulis*, 3. *de stat. lib.* *L. verbe* 120. *de verbor. signif.* *Lin autem simile* 7. *de iust. & iur.* & latius explicat *Cuius de orig. iur. vers. cepit*, col. 6. in fin.

Et licet res humanæ non certa quadam, & inmutabili serie voluantur, & ita ut obiectum magnam varietatem, & inconstantiam verisimile sit multa, præter id, quod verisimile est, euenire, ut *Agatho* dicebat: Nihilominus è similibus similia plerumque existunt, neque vlla est certior regula iudicandi, & quo vnaqueque res euentura sit, quam inspicere, quem exitum similia in longinquitate temporis sepius, ac frequentius habuerunt: Adco ut similitudo operetur idem iuris esse in casu simili, & expresso, & sufficiat, quod idem sit in ratione, licet in facto adsit diuersitas, ut comprehendantur sub expresso casu, *Abb. in c. quoniam frequenter*, ut sit, non *consequenter*, & in c. *su. §. in alim. nu. 5. addit.*

Cum autem natura deneger, ut idem homo multa secula, & integra mente, ac integris sensibus viuat, & omnium sententias audiat, & ad omnes consultationes Principum frequenter adhibeatur, Id præstant plures, qui diligenter obseruando rationes, pondera, & momenta, quibus quisque nixus est, & rerum perpetuò indicatarum auctoritates adnotando, faciunt, ut omnibus gratibus visisse videantur, omnibus publicis consiliis interfuisset, & omnia quæcumque contigerunt præsentis spectasse, & obseruasse, ita ut in eis incredibilem quandam vim consilij vigere, & eorum sententiam de rebus gerendis in otiosi propemodum loco, & numero haberi fatendum sit, ut docet *Muret. in orat. ad Tacit. col. 4.*

Ad huiusmodi nodos iuris expediendos plerique veteres, quoniam recentiores Iurisperiti multa publicè expolierunt, & & euulganda curauerunt, ex

quibus vtilia resposda, & solertes, ac salutes interpretationes colliguntur, ita ut eorum ingenia non modica gratia habenda sit, cum illorum prædicta, & prædictis artibus iter humanarum actionum inimus difficultatibus obstruam, & impedimentum liberum reddatur, & Civitates, & Imperia rectè gubernentur. Et omnibus diuersis tractatibus & lecturis, in quibus multa, quæ in controuersiam quotidie veniunt plenius definiantur, idem iudicant, ut casus eis occurrentes, & eorum locutiones breuiter explicarent variis inscriptionibus uti sunt: *Tertullianus* enim & *Leobas Batrigarius* ediderunt Questiones, quem sequuntur *Abbas Rolandus*, *Quoseda*, *Nitar*, & alij. *Lapin* autem *Roarez*, *Antea*, & *Gutierrez* Allegationes. *Petrus de Oncola*, *Citacius*, & *Aluarn Valasco* Consultationes. *Sextus Pompeius*, *Ioannes Oldendorpius*, & *Gabrielus Francus* Varias lectiones. *Otfredus* Questiones Iuris Canonici. *M. Mantua* Observationes Legales. *Alciatus* *Psadola*. *Ioannes Robertus* Sententias Iuris. *Theodorus Petreus* Conclusiones controuersas. *Hartmannus Pissero* Questiones Iuris Romani. *Antonius Augustinus* Emendationes. *Goucaillus Mendes*, & *Vasconcelus* Varia Iuris argumenta. *Bernardus Firmicus*, & *Hartmannus de Artmannis* Practicas observationes. *Nicolas Piccolominus* Questiones vtriusque Iuris. *Costa*, & *Franciscus Sarmentus* Selectas interpretationes. *Antonius Contius*, & *Isidorus Palas* Varias Questiones. *Bona-guida* Declarationes variarum causarum. *Triphonianus*, *Pileus*, seu *Begorottus*, *Hartolus*, *Marania*, *Rosfredus*, *Florianus*, & *Hieronymus Zanchus* Disputationes. *Rebous*, & *Anthonius Regensius* Familiars Questiones. *Mendes* & *Disputationes* Iuris Civilis. *Iacobus Thomingus* Questiones Illustres. *Petrus Martencius*, & *Rolandus* Varias determinationes. *Gabriel Quoseda* Questiones Fiscales. *Philippus Castilius* Sententias ad Jus Civile pertinentes. *Iacobus Cancor*, *Rebuffus*, *Couarruias*, *Gomesius*, & *Isid. Gonzalez* Varias resolutiones. *Pegnera* Questiones criminales. *Varonius à Paquia* Declarationes Iuris Civilis. *Ferdinandus Vasanus* Controuersias Illustres. *Ioannes Robertus*, *Germanus*, *Petra Perenn*, & *Lopez* Annotationes. *Brutus à Sole* Questiones legales. *Couarruias*, & *Gutierrez* Practicas Questiones. *Fransiscus de Clapern* Centonam causarum Fiscalium. *Facebmeus* Controuersias. *Gutierrez* Questiones Canonicas. *Petrus Caballus* Resolutiones Criminales. *Flores Diaz* Recentiores practicas Questiones Iuris Civilis & Canonici. *Duarinus*, & *Alciatus* Disputationes. *Ferrantus Garciarum* Patrocinia. *Grammaticus* Vota. *Certa* Memorabilia. *Bellonus*



DISCEPTATIONVM FORENSIVM

Iudiciorum.

STEPHANI GRATIANI
ROMANI V. L. D.

TOMVS PRIMVS.

EPITOME.

CAPVT PRIMVM.



APPELLATIO in vno articulo
quādo deuoluat totam causam,
& suspendat iurisdictionem in
reliquo. ¶ Per appellationem
vnius condemnati in ducentum
an consulatur alteri, vt possit pe-
tere integra ter centum coram
Iudice appellationis, quamuis non appellauerit.
¶ Index quando suppleat in causa, & in facto. ¶ Ap-
pellatus committens causam an iacet appellan-
tem. ¶ Dispositio cap. oblata, de appellat. de non praeuenien-
do appellan-tem non habet locum in curia.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio in vno articulo an deuoluat totam causam. & num. 2.
- 2 Appellatio limitata producit effectum limitatum.
- 3 Per appellationem vnius condemnati in ducentum est consulendum alteri, vt possit petere integra ter centum coram Iudice appellationis quamuis ipse non appellauerit.
- 4 Index ad quem videtur reum in minus condemnatum potest supplere.
- 5 Index supplet in causa, quae venit in petitionem coadiu-
uandam, secus ad originem nona petitionis.
- 6 Vna pars supplet quoad iurisdictionalia, quae aliis sacre
tenebatur.
- 7 Appellatus faciens causam committi an iacet appella-
tem, quamuis nihil fecerit, & excuset eum a desertione.
& num. 9. & 10.
- 8 Dispositio cap. oblata, de appellat. de non praeuenien-
do appellan-tem non procedit in curia. & num. 11.
- 9 Index an suppleat etiam in facto, quando de ipso sibi con-
stat tanquam iudici. & num. 14 & 15.
- 10 Vbi solutus ab expensu quando debeat appellare re-
spectu expensarum. num. 17. & 18.
- 11 Appellatio non est conueniens vbi fuit appellatum in par-
te & partibus. Idem in rescripto. num. 21.
- 12 Approbatio sententiae in parte & partibus producit effe-
ctum limitatum.



IN VOCATO prius Diuini Nominis
auxilio, quod semper etiam omnibus
subsequen-
tibus capitulis praemissum
conferatur, cum sine eo factum sit ni-
hil. Job. 1. ap. 1. & omnis agens frustra agat, neque a-
liiquid honestum, aut vtile inchoari possit. can. non
obseruetis. 17. q. 7. In disceptatione illa ¶ an appella-
tio interposita in vno articulo deuoluat totam
causam, & suspendat iurisdictionem in reliquo,
vetior est opinio negativa quam tener Butr. c. super
eo. 1. de appellat. Franc. in c. si duobus. 7. num. 6. cod. tit.
Istud tamen procedit quando articulus est sepa-
ratus, non si vnicus, connexus, vel ¶ indiuiduus
Dec. in c. bona. vbi de communi num. 19. in fin. col. 4.
post med. de appellat. Ratio, quia cum vnica sit causa,
tota deuoluitur, secus quando est duplex, & non
solum appellatur ab vna, quia ¶ tunc tanquam li-
mitata producit effectum limitatum. Paris. conf. 66.
nu. 7. lib. 1. ¶ Vnde de nullit. ex defect. iurisd. ardu. n. 87.
Ideo in casu Salustij Mercurij mihi proposito: quia
petitio de qua in actis erat ex eadem causa, dixi
potuisse iudicem appellationis supplere ad fauo-
rem eius, qui non appellauit, quamuis Iudex &
quo solum condemnauerit in scitis ducentis, &
non pro tota summa petita sententiam tercentum,
& condemnatus in ducentum solum appellauit,
¶ quasi per appellan-tem ¶ illius sit consultum
alteri, vt possit petere integra tercentum coram
Iudice appellationis prout concludit in specio
Alex. conf. 183. in causa & lite. col. 1. in fin. vers. & fortius
dico, nu. 4. lib. 6. Bald. in l. fin. ad med. vers. quanto de tali
casu, C. quando prouoc. non est necess. Specul. in 9. 1. col. fin.
de appell. vers. sed pone peto centum. & ibi Addit in verb.
ampliores. Butr. in l. si quis libellos. C. de appellat. Surd.
decis. 143. num. 4. Ratio, quia non appellans tunc
videtur sententiae acquiescere, quando altera pars
non appellauit, alias locus, cum ex eius appella-
tione hoc beneficium consequatur Imol. in cap. cum
Iocunes. col. 3. in fin. vers. & aduerte. num. 16. post Butr.
ibi. col. ult. in fin. vers. ultimo facio, de fid. instrum. Aym.
conf. 140. num. 8. in fin.

DISCEPTATIONVM FORENSIVM

Iudiciorum.

STEPHANI GRATIANI
ROMANI V. L. D.

Tomus Secundus.

IN QVO CONTINENTVR DEFINITIONES

variarum questionum in iure Canonico, & Ciuili quotidie occurrentium

iuxta communes, & approbatas Doctōrum sententias,

ac receptam & veram praxim, præcipue

Sacræ Rotæ Romanæ.

Nunc primum Editus, cum duplici INDEX tam rerum quàm
Argumentorum.